



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

9. An dentur pisces fossiles?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

36 Dap. XLVIII. De monstris, qua in dubium vocantur,
alios oculatos testes profitetur navigationis illius Capitanus. Qui
hic non potuisse dicere,

Catull. de
Nuptijs Pel.
& Thet.

Emersere feri canenti è gurgite vultus

Æquorea monstrum Nereides admirantes?

Scio, dici posse, fuisse laruum ex Orco; sed habentur alia ex-
empla, ut illius Sirenis, quæ in Hollandiam ducta manibus
fila ducere, nere, aliaq; similia hominum operibus facere di-
cunt, & multis argumentis ostendit, se laruum non esse.

IX.
Tit Libius
l. 42. histor.

Inter alieni elementi habitatores numerandi sunt pisces
qui *fossiles* appellantur. Maximi prodigijs loco, inter alia,
narrat Liuius, *In Gallico agro*, quæ induceretur aratrum, sib
existentibus glebis, pisces emersisse. Vidi ego ipse etiam varijs
neris pisces è rupibus erutos, sed qui lapidescerent. Et fossi-
les, in quibusdam terris inueniri pisces, unde cuniculorum,

Leon. Varize
hist. l. 2. 15. &
lib. 3. cap. 12.
Camerin
Solinum c 56.
Cataub. in
Strabonem.
Aristot. lib.
de mirand.
cap. 69.

aut talparum more extrahantur, Leonicenus, Ioannes Ca-
mers, & Casaubonus affirmant. Ac ne res noua putetur,
habet antiquos authores. Nam siue Theophrastus, siue Ari-
stoteles ipse, in libello de mirandis auditionibus, ita loqui-
tur. *Circa Babylonis rigua decadentibus fluvijs in cavernis aqua*
hebetes pisces nonnullos remanere, proditur, quos inde exire ad
pabula pinnulis gradientes crebro caude motu, contraq; venen-
tes refugere in suas cavernas, & in his obuersos stare, ac septi-
numero viros aliquos eorum cavernas ingredi, ipsosq; irritare aint.
Illorum autem capita rana marina proxima extant, reliqua par-
tes gobij, branchie ceteris pisibus. Et cap. seq. In Heraclia,
qua in Ponto est, & in Regino defosso pisces innasci legitur, qui iuxta
amnes aquatilesq; regiones incolunt. Cum verò certo tempore hac
exsiccantur, exarescantq; in terram iter contendunt. Postea autem,
terra magis desiccata, humorem insectantes ad silvam consurgunt.
Postremo verò hac arefacta, adhuc in humore perseverant, quem
admodum animalia, qua in latebris remorantur. Cum autem tu
effodiunt, antequam aquarum successio euenerat, motu dumnum cor-
porum ipsos vivere approbant. Ac rursus seq. cap. Apud Paphla-
goniam, effosso ex altis scrobibus pisces oriri afferunt, virtute quidem
præstantissimos, in locis, ubi nullæ propè stagnant aquæ, sola tellure
vitam illis suppetente. Eadem prorsus retulit Plinius: eadem alijs
attigerunt.

Plin. l 9. nat.
hist. c. 9.

Seneca